

si cui fastidiosius egisse videar, is meminerit in laceris perditarum reliquiis certi quidquam indagare esse difficillimum atque insanabilibus vulneribus frustra medelam admoveri. eandem ob causam vanos existimamus eorum conatus, qui perditarum fabularum oeconomiam e reliquiis fortuito servatis instaurare temptaverunt ac singulae sententiae sive certis e fabulis sive sine fabulae nomine traditae quo in nexu primitus fuerint, sciri posse putarunt. quo in genere confidentia et levitate omnes superavit I. A. Hartungius, cuius decreta quantum a scriptorum testimoniis discedant ex iis quae in Philol. vol. 8 p. 562—565 diximus facile patebit.

Sed in his perditarum tragoediarum reliquiis quam incerta sint omnia et quantis obvoluta tenebris, ut luculentius appareat, superstites tres Euripidis tragoedias, Electram, Heraclidas, Herculem, fingemus esse nobis ereptas, et reliquias earum ex sequiorum scriptorum libris collectas apponemus.

## ΗΛΕΚΤΡΑ

### I

*Ἀγαμέμνωνος ὦ κόρα,  
ἤλυθον, Ἥλέκτρα, ποτὶ σὰν ἀγρότειραν αὐλάν.*

Plut. V. Lysandri c. 15. [El. 167 sq.]

### II

ΗΛ. ποῦ γῆς ὁ τλήμων τλήμονας φυγὰς ἔχει;  
ΟΡ. οὐχ ἓνα νομίζων φθείρεται πόλεως τόπον.  
ΗΛ. ἢ που σπανίζει τοῦ καθ' ἡμέραν βίου;  
ΟΡ. ἔχει μὲν, ἀσθενῆς δὲ ἄτε φεύγων ἀνὴρ.

Dio Chrys. 13, 5. ubi poetae nomen omittitur, sed Euripideae Electrae esse locum facile poterat conici. [El. 233—236].

### III

*οὐκ ἔστ' ἀκριβὲς οὐδὲν εἰς εὐανδρίαν·  
ἔχουσι γὰρ τεραγμὸν αἱ φύσεις βροτῶν·  
ἤδη γὰρ εἶδον ἄνδρα γενναίου πατρὸς  
τὸ μηδὲν ὄντα, χρηστὰ δ' ἐκ κακῶν τέκνα.*